



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Apollinarisv. 5. Ianuarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

in ventos scilicet & orcum , non in cælos , cum pessimo aurigâ abivit currus. At SIMEON , ut cädem poenâ & se , & hostem ultum iret , uno , ut erat tum , pede , annum solidum perstigit. Mortuus est deinde anno ab orbe restaurato CDLX. etatis CIX. atque , ut vicisse scires , etiam post mortem stetit. Ex Surio.

Quid anima prodest , hesternum diem transegisse in actione virtutis , si hodie velut desertor desciveris ab opere justitiae ? Qualem enim te invenero , ait Scriptura , talem te judicabo . S. Basili. in Epist.

S. APOLLINARIS V. s. Ianuarij

E unuchum specta ; sed apage illum Parnassi ruborem : hunc , quem dicimus , virginitas dedit , cælum risit , vel , si mavis lacrimas , has quoque assudit cum suis ridenda Venus. Sed nunc argumentum fabulæ habe. Fuit APOLLINARIS altera Anthemii viri Consularis F. alteram dæmon malus insidiebat. Illa Christum sponsum cogitabat , at hominem parentes. Quid nî etiam sanctus amor hominum oculos luderet ingeniosus ? Abit Ierosolymam cum nobilissimorum parentum venia APOLLINARIS ; comites servulos , ancillas , opes trahit. Redux ex itinere has omnes in egenos spargit , illos manu mittit , uno altero vœ duntaxat retento. Hos quoque piè fallit , & silvas habitat. jam ubi æstus culicumque morsus corpus animumque durarunt , & formam illam augustam extinxerunt , prodit è latebris monachum induit , Eunuchum se dicit , Dorotheum apud Macarium nominat. Interea adest soror , & è sorore pellendus dæmon. Pellitur à Dorotheo. Sed redit & præstigiis gravidam filiam Anthemii oculis exhibet , simul parentem Dorotheum mentitur. Ilicet hic

hic ad patrem raptatur, inde ad crucem raptandus. At Dorotheus parentibus, & sorore in locum solum abductis, hanc iterum sanat, illis, positâ tantisper personâ, filiam se probat. Mox ad scenam suam revertens eremum, pergit monachos, orcum, orbem ludere; dum denique cum omnium plausu castissimam latvam mors detraxit. Ex Sur. & Men.

*Indicamus bella peccatis, conflictum vitiis nunciemus, securi de victoria; quia nec arma cælestia hostes poterunt superare terreni, nec divino Regi adversa poterint contraire mundana; neque uigilantes & jobrios Diabolus perturbare suis superventiis, nimbus poteris. S. Pet. Chrys. l. 12.*

S. EDWARDVS REX. J. Ianusarij.

**E**DWARDVM in utero adhuc latitantem fortuna tamen Angliæ Regem legit: firmavit electionem cælum: siquidem in Regem unctus ab ipso Apostoli um Principe memoratur. Conjugio porrò, ad quod invitum regni Proceres traherunt, virginitatem copulavit, pulcherrimo matrimonio. Pater Pauperum, filius dici poterat summi Pontificis, ita hunc semper coluit: tributa liberamente remisit, postquam iis incubare custodē orei Cerberum vidit. Iam nec ad vilis mendiculi postulata erubuit, qui membris suis captus promissam à D. Petro sanitatem asseverabat, si bajulo ad templum Rege uteretur: quin mox in humeros sustulit pium onus, ad aram portavit, stipemque divitem sanitatem addidit. Sed & cæci nonnulli, quā undā manus Rex laverat, hac oculis ipsi tenebras eluerunt. Facienti Sacerdoti cùm adesset, conspicuus ei ab arâ bene precatus est Christus.

Quid-